1652. 345

Vir Rev. Clarissime, Dõne et frãr in Chrõ hono-
rande. Quam gratæ mihi fuerint literæ tuæ: Ther-
mopoli adhuc redditæ, vix satis verbis expresse-
rim. Est utiq. filii existimatio et salus maxe mihi
curæ, nec qcquam magis expeto, quam ut se τῷ ἔργῳ
τῆς διακονίας, tam Sanctæ, tam arduæ gerat: et con-
cordiam etiã cum venerando sene M. Sigelio colat.
Me sane si audit, si ventis non tradit tot tantasq. pater-
nas paternas et Maternas etiã admonitiones; ō offendet
ad pristinũ lapidem. Habet utiq. adhuc qdam juveni-
lia, q Academia attrivisse videt: et liberiore etiã
videt lingua, more Helvetiis nr̃is fere trito. Sed hæc
ipsa tum ætas, tum Sancti ministerii gravitas, uti
prorsus cfido, paulatim corriget. Sint labores ejq,
quos non exiguos sustinet, Ecclæ salutares, et à mo-
ribq etiam commodis et Sanctis pondq accipiunt. Atq
utinam eorũ, quam nuper etiam enixè petii sequat
sublevão. Immortali me devinctũ beneficio agnoscere,
cujq quem humanissimæ tuæ spem faciunt. Optimè
sit Rev. Dn. Streitkugio: precor ipsi virium à Deo
Opt: Max: restitutionem ad ingens Ecclesiarum Ar-
chipalatinarũ emolumentũ cum officiosissima salute.
Hoc autem vos de me polliceri velim, me, dum ero, non
immemorem fore omniũ, q in filium conferunt. Vale pl-
in Dño. Vir Cl. et Salve ex M. Antistite et Stuckio
reliqsq. Collegis venerandis. Tiguri. 15 Aug. 1652.

T. observ:
Joh. Wirtzig.

Reverendo Clarissimoq. Viro
Dño Danieli Tossano Illustr. Senatus
Ecclesiastici ArchiPalatini Assessori
Amplissimo, Dõo et fratri in Chrõ
honoratissimo. Heidelbergam.

Rogatus, ut Franciscũ Rapicano testimoniũ albo 346.
calculo prosequerer, deesse nolui officio: testor itaq.
Dum toto illo tempore, quo sub disciplina nr̃a vixit,
Auditorem satis assiduum fuisse et fere sui ordinis